



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLIII. Markgraf Ludwig verspricht dem Hofmeister zu Crevestorf beim Holz-  
und Kohlenverkauf den Beistand seiner Forstbedienten, am 7. Oktober  
1351.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

strorum consiliorum prehabita, ob id, quod porte, propugnacula ceteraque ipsius ciuitatis munimenta cicius reformentur et eciam eius pauperies, in quam occasione premisse voraginis inciderint, releuetur, talem gratiam fecimus per presentes, quod ipsos et ciuitatem presatam ab annua pensione, ipsis a seruiis et honoribus quibuscunque, nec non a qualibet donacione alia quacunque per quinquennium seu quinque annos a data presencium continue succedentes supportamus et habere volumus supportatos, ipsam ciuitatem in hunc modum, vt premititur, libertantes. In cuius etc. Testes Hen. de Vchtenhagen, Ost, Jo. de Wedel, Morner, prothonotarius, Kune Hockmann senior cum ceteris. Datum Morin, Anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup>, Sabbato infra octauas corporis cristi,

Aus der v. Sackwisch'schen Sammlung.

**XLIII.** Markgraf Ludwig verspricht dem Hofmeister zu Crevestorf beim Holz- und Kohlenverkauf den Beistand seiner Forstbedienten, am 7. Oktober 1351.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gracia etc., religiosus viris magistro curie in Crevestorph presenti et qui pro tempore fuerit, necnon fratribus ibidem deo seruiantibus ordinis Cisterciensis Caminensis dyocesis, deuotis nobis dilectis, talem gratiam facimus per presentes, quod cum ligna qualiacunque seu carbones de mericis, lignetis uel rubetis suis vendiderint, aut per suos subfides ad ciuitates, opida, villas et loca ipsis conueniencia duci procurauerint uel per se ducere decreuerint nostris viis et stratis per nostra nemora, siluas et campos nostros dirigentibus in premissis ducendis frui debeant et gaudere sine impedimento Lucariorum seu custodum nemorum nostrorum uel famulorum eorundem custodum eciam quorumcunque. Mandantes officiatis nostris quibuscunque et mericarum nostrarum custodibus presentibus et futuris nostre graciae sub optentu, ne contra presentem gratiam nostram in perpetuum quidquam faciant seu facere quomodolibet audeant uel presumant, sed nostri nomine quoslibet ipsorum fratrum ligna uel carbones ducentes per nostras vias et stratas vndique transire sinant pacifice et quiete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in noua Berlyn, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo primo, feria sexta proxima post diem beati francisci confessoris.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.